

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nummotheca Principum Austriae

ex gazis Aulae Caesareae potissimum instructa, & aliunde aucta, quae a prima aetate, qua in Austria cusa fuit moneta Sub Babenbergicae Stirpis Marchionibus, Ad Usque Habsburgicae Gentis Principes, Lineae Hispano-Austriacae, Huiusque Masculum Ultimum Carolum II. Regem Hispan.

Complectitur tabulas aeri incisas num. XLI

Herrgott, Marquart

Friburgi Brisgoviae, 1753

[Text]

[urn:nbn:de:bsz:31-241482](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-241482)

Tab. XXXVIII.

ptum. In margine autem sequens hexametron legitur :

SACRO AQVILÆ NEXU COALESCUNT, AUSPICE COELO.

MICHAEL THOMAS KORYBUTH WISNIOWIZKY, e Ducibus WISNIOWIZIIS, qui ex familia Lithuanix Magnorum Ducum & IAGELLONIS patruo descendunt, anno 1669. die XIX. Iunii Rex Polonix renuntiatus, ELEONORAM MARIAM Archiducem, FERDINANDI III. Cæsaris filiam, ambiit, quam etiam missa ad LEOPOLDUM Imp. eius fratrem, legatione, sponsam eodem anno obtinuit. Verum nonnisi quatuor annos sceptrum tenens, fatis cessit X. Novembris. 1673.

Nuptiæ illæ celebratæ fuerunt anno 1670. die XXVII. Febr. (a), qua de causâ præsentem nummum signatum fuisse intuentibus patet. Tab. EBNERI.

XIX.

MICHAEL D. *ei G. ratia* REX POL: *onia* M. *agnus* D. *ux* LIT: *huania* RUS: *sia* PRUS. *sia*. Protome Regis armata, adversa fronte, cum paludamento, torque aurei velleris, focali, & capillis adscititiis in capite.

ELEONORA MARIA D. *ei G. ratia* REGINA POL: *onia* ARCHID: *ucissa* AUST. *ria*. Protome Reginx nonnihil adversa, cum stola, veterum more plicata, capite pulchre comto, ac unionibus distincto.

Plura nobis suppetunt iconica eiusmodi numismata, quo-

(a) Id. ad h. a. p. 280. seqq.

rum tamen occasio in promptu haud est. Nihilominus, cum tam brevi regimine duæ tantum præcipuæ solemnitates, quibus nummi iconici signari solent, evenerint, nuptiæ nimirum atque coronatio: verisimile est, ad alteram ex iis alterutros attingere. Quare cum nummus sequens, in quo Regina coronata conspicitur, ad coronationis solemnia recte referri posse videatur: ceteros, quibus hoc insigne deest, ad nuptiarum solemnitatem non incongrue consignari putamus. *Ibid.*

XX.

Convenit hæc adversa cum num. XVIII. omisso titulo SAM: *ogithia*.

ELEONORA MARIA D. *ei Gratia* REGINA POL: *onia*. Protome Reginx pulchre comtæ, fere ut num. præcedenti, sed dextrum faciei latus obvertentis. *Ibid.*

XXI.

Anterior pars antecedenti itidem respondet, exigua variatione in fine tituli excepta.

Posteriori latere idem, qui in præcedenti titulus, sed integre scriptus legitur. Protome Reginx cum stola, veterum ad instar, capite unionibus, & margaritis pulcherrime exornato, nec non corona radiata circa sinciput redimito. In imo siglæ artificis I & B.

Ex hac corona colligimus, elegantissimum hoc numisma ad coronationem, de qua nummus sequens plura, spectare. *Ibid.*

Ii 3

XXII.

PROLES
FERDI-
NANDI
III. IMP.

XXII.

Adversa in tetragono, quod palmæ rami undique ambiunt, hanc inscriptionem, decem & octo lineis absolutam, continet:

ELEONORA MARIA IOSEPHA
D. ei G. ratia REGINA POLON. ie
M. agna D. ux LIT. huania RUS.
sue PRUSS. ie MAS. sovia SAM. ogi-
thia KIOV. ie VOL. hinia PODOL.
ie PODL. achia LIV. onia SMOL.
enski SEV. eria CZER. nichovia NA-
TA PRINCEPS REGIA HVNGA. ria
BOH. emia DAL. matia CRO. atia
SCL. avonia ARCHIDUX AUSTRIÆ
DUX BURG: undia STIR. ie CARIN.
thia CAR. niola WURT. embergia
NEC NON SUP. erioris INF. erio-
risque SIL. esia MARCHIO MOR-
avia AC SUP. erioris INF. erioris-
que LUS. atia COM. es HABSburgi
TYROL. is ET GORTZ (*Goritia*)
FERDINANDI III. FILIA LEOPOLDI
SOROR GERMANIÆ IMPERATORUM
FELICITER CORONATA VARS.
ovia ANNO MDCLXX. MENS is
OCT. obris DIE XV.

In averfa figura muliebris, dextra crucem tenens, sinistra calicem, ex quo sacra Hostia prominet, efferens, *Religionis* videlicet typus. Hæc curru, qui a IUSTITIA, gladium & bilan- cem: & PACE, ramum oleæ tenente, tracto, vehitur, supervolitan- te columba, ramusculum olivæ adferente, superiusque in nubi- bus comparente oculo *Divini- tatis*, radiis circumfuso, atque singula collustrante. Adii- citur in ambitu epigraphe, *ex Prov. VIII. v. 30. CUM EO ERAM CUNCTA COMPONENTS.* In ex- ergo parmula depingitur coro-

(a) Op. speciali lib. 111. c. 30. p. 693.

nata, palmæ ramusculis, decus- fatim impositis, *Vasarum* tes- teras referens.

Tab.
XXXVIII.

Argumentum & occasio nummi ex inscriptione adverfæ fati superque intelligitur. Id præterea rarum & forte sine ex- emplo est, quod longi adeo ac pleni tituli in nummo, eoque tam exiguo, compareant. *M. Imp. au. I½ duc.*

XXIII.

MICH. ael D. ei G. ratia REX.
POL. onia M. agnus DUX. LIT.
huania RUS. sue PRUS. sue MAS.
sovia SAM. ogithia v. olhinia K. io-
via PODL. achia PO. merania
L. ivonia SM. olenski s. everia
C. zernichovia z. cetera. Ita figlas, in epigraphe titulorum loco positas, ex SAMMARTHANIS cum SPENERO interpretamur (a). Protome Regis armata, cum fascia militari, focali denticula- to, & capillamento ornata, in- operto capite obverso, & non- nihil ad sinistram respiciente.

ELEONORA REG. ina P. olo-
nia. Effigies Reginæ ad pectus, cirratis capillis, a quibus tania defluit.

Inspicienti priorem hanc nummi partem continuo pa- tet, eam ad anteriorem non at- tinere; ac profecto diversi sunt typi nummarii, quos HERÆUS matrimonium significandi causa coniunxit.

Utraque nummi pars intra annos 1669. quo MICHAEL Rex Poloniæ salutatus est, & 1673. quo vitam posuit, cusa fuit. *T. H.*

XXIV.

Tab.
XXXVIII.

ET
FV
LUC

que
chr
sti
tur

ob
nu
au
to
Ea
co
ap
tur

m
ba
fu
fi
9
r
8

Tab.
XXXVIII.

XXIV.

ELEONORÆ. AVSTRIACÆ.
ET CAROLO LOTHARINGICO.
FLVIT. EX. ASTRIS. OMNIS. FE-
LICITAS. Hæc integra utrius-
que partis epigraphe, insimul
chronographicum, æram Chri-
sti 1678. indicans, complecti-
tur.

Adversa effigies amborum,
obversis vultibus, pectore te-
nus exhibet: CAROLUS torque
aurei velleris, focali denticula-
to, cæsarie, & laurea insignis:
ELEONORA mundo muliebri
comta, capite gestat coronam
apertam, ex quo prominet ser-
tum.

In averfa duo capita, viri ni-
mirum feminæque, quæ averfa,
basi imposita, duo corda iuncta
sustinent, ex quibus erumpentes
flammæ corona cinguntur, in
quam Divinum Numen, superne
in nubibus comparens, ex urna
rorem demittit, radiisque hinc
& inde collocata *Lotharingia*
*Austria*que scuta collustrat: illud
aperta, hoc clausa corona ob-
tectum.

CAROLUS V. Dux Lotharin-
giæ Wiennæ Austriæ in lucem
editus 1643. die III. Aprilis,
ELEONORAM MARIAM post mor-
tem MICHAELIS, Poloniæ Re-
gis, quinque annos viduam,
duxit uxorem 1678. die VI.
Febr. cum qua secundum ma-
trimonium habuit. Ex hac æra
nuptiarum, quemadmodum &
ex emblemate numismatis, col-
ligitur tempus & occasio eius-
dem.

Ceterum quis duobus illis

(a) Lib. II. c. VI.

capitibus, in parte postica ex-
pressis, designetur, ex his Iu-
STINI (a) verbis clare intelli-
gitur: *Ante Deucalionis tempora*
Regem habuere (Athenæ) CE-
CROPEM; quem, ut omnis fabulo-
sa est Antiquitas, biforem tra-
didere, quia primus marem fe-
mina matrimonio iunxit. Itemque
ex his ATHENÆI (b): *Athenis*
primus CECROPS unam uni iun-
xit, cum antea inverecunde con-
grederentur, ac communia cun-
ctis matrimonia essent: quare
etiam quibusdam visus est bifor-
mis appellatus fuisse. M. S. B.
ar. deaur. pond. 2½ unc.

XXV.

ELEONORA MAR. IA AVSTRIA-
CA. REGINA. POL. ONIA DUCISSA.
LOT. HARINGIA C. ALABRIA B. ARRI
G. ELDRIA. Ita legit posteriores
has siglas Cl. & Rev. CALME-
TUS, loco infra citando, in
nummo CAROLI V. Ducis Lo-
tharingiæ, mariti ELEONORÆ
nostræ. Protome Regiæ ve-
terum more stolata, cirratis ca-
pillis, capite inoperto, dex-
trorsum converso. CALMET
Hist. de Lorraine tom. II. nouv.
edit. col. 91. tab. VI. n. 100.

MARIÆ ANNÆ
IOSEPHÆ.

NUMMI.

XXVI.

I. ohannes W. ilhelmus C. omes
P. alatinus R. heni S. acri R. oma-
ni I. mperii ARCHIT. hesaurarius
ET EL. ector B. avaria I. uliaci
C. livia ET M. ontium D. ux C. o-
mes V. eldentii S. panhemii M. arca
R. avensperga ET M. ersie D. omi-
nus I. n R. avenstein. Protome
eius

(b) Lib. XIII.

PROLES
FERDI-
NANDI
III. IMP.

eius armata cum paludamento & torque aurei velleris, capite corymbio, seu capillis adscititiis obtecto, & ad lævam respiciente.

Deficiente nummo, *MARIE ANNE* iconem referente, exemplo *HERÆI* effigiem mariti eius exhibemus. Viginti annorum erat *IOHANNES WILHELMUS Neoburgicus*, cum hanc nostram uxorem accepit; natus quippe anno 1658. die XIX. Aprilis. Illa demortua ad secundas nuptias transit cum *MARIA ANNA LUDOVICA*, *COSMI III. Florentini* filia, tandemque mortem obivit VIII. Iulii 1716. ætatis LVIII. *T. H.*

MONITUM

AD SEQUENTES DUAS SUPPLEMENTORUM TABULAS

Qui in duabus tabulis, ad calcem hic reiectis, continentur nummi cum mnemonici tum ufuales, per decursum huius voluminis, haud secus ac in priori illo, expositi fuerunt. Singulis numeros Arabicos, paginam, qua quisque reperiendus est, notantes, subiecimus; ut ea ratione Lectorum commoditati consuleremus: secus ac in priori parte factum est, ubi similes notas neglectas fuisse, modo pœnitet.

Ceterum nemo quisquam existimet, hisce supplementis rem omnem confectam esse, atque integram Augustæ Gentis extare nummothecam. Cum

in aliis locupletioribus nummophylaciis plures adserventur elegantes nummi, quorum ectypa aliquando ceteris, quæ fortasse sequentur, huius tomi Partibus, inferendæ erunt, ut in præfatione iam monuimus. Sæpe etiam a privatis nonnulla nobis inter scribendum oblata sunt, quæ in instructissimis thesauris frustra quæras. Quocirca hic unum saltem præterire nolumus, cuius aduersa cum postica parte tab. XVI. num. XXXI. convenit, altera cum num. XXXII. Sed cum illa prior, utpote ab exemplo detrito desumpta, ibidem male delineata fuerit, eandem in his supplementis num. XXXIII. repetere visum est, ubi insimul animadvertimus, in altari illo Sanctissimam Triadem representari. Christum enim Dominum, cruce instructum, atque a dextris consistentem, clare iam intuemur; a sinistris vero Patrem cœlestem, dextra globum crucigerum ut Dominum universi, sinistra sceptrum tenentem. Supervolat in columbæ specie Spiritus Sanctus. Ante illos liber cernitur apertus. Denique Elector ille, primum a dextris occupans locum, haud quaquam cor offert, sed manum libro imponit. Ex quibus omnibus clare patet, nummo illi aliam tribuendam esse explicationem, atque ad iuramentum illud, quod Principes ante electionis actum præstare solent, respici. *Adservatur nunc in M. S. B. ar. deaur. pond. semunc. 2. dr.*

FINIS

TOMI II. PARTIS II.

Tab.
XXXVIII.

Supplem



Manumant